Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Prolis mala educatio

urn:nbn:de:hbz:466:1-51314

ODIVM PROXIMI PVNITVR.

SAulem Spiritus malus ob odium proximi & inuidiam inuaſit. De odio & vindictę cupiditate 4. exempla ſuppeditat Liſiardus Epicopus in vita S. Arnulphi c. 24. & 38. & 41. & 42. apud Sur. menſe Aug.

1. Reg. 16. v. 14. Alex. ab Alex c. 19. li. 4. Gē. dier.

POENAE PARENTVM MALE Educantium ſuam prolem.

SEVERI Imp. filius Antoninus ſi quando in pueritia feris obiectos damnatos vidit, fleuit, aut oculos auertit. Septennis puer cum colluſorem ſuum puerum ob iudaicam religionem grauius verberatum audiſſet, neque patrem ſuum, neq; patrem pueri, vel auctores verberũ diu reſpexit. Hæc Spartianus qui per judaicã religionem ſignificauit Chriſtianam fidem, vt patet ex Tertulliano. Accidiſſe enim exiſtimo, ait Baronius anno Chr. 213. vt cum Antoninus lacte Chriſtiano educaretur, colluſorem æque habuerit Chriſtianum puerulum, eundemq; collactaneum atque Euodi educatoris filium, quem tamen, quod Chriſtianam religionem inter iocos (vt pueri ſolent) Antonino vt acciperet ſuaderet, Seuerus & pater pueri Euodius, ipſe educator, acriter verberari iuſſerunt. Sed ob indignum facinus æqua lance eſt penſata vindicta, nimirũ, vt Pater eum virum jam factũ ſenſerit cõtumacem, quem puerulum à pijs ſanctiſque

1. ad Scapul. c. 4.

Paternis monitis cum è puero exce-

dentem a. vitæ optimæ inſtitutis colluſoris verberib
nimo cla- diſtraxiſſet diuulſiſſetque, & pueri pater m
tiorem ritas pœnas de verberibus inflictis puer
vultuque dederit, dum ab eódem Antonino iuſſus
trucem red occidi teſte Dione.
ditum eſſe
tradunt.

Diutius morte patris exſpectata ac pro
ribus intentata ſero nimis (vt ipſi videb
voti compos factus erat, ea audita nact
tim ſummam imperij poteſtatem, conf
Lib.3. (inquit Herodianus) vniuerſos ab ipſo
(quod ajunt) interficere cœpit: nam & me
cos ſupplicio affecit quod ſibi parum obt
perauerant jubente ſenis maturare necem
tritioſque ſuos iuxta ac fratris quod de
conciliandis eis egiſſent, fratrem Getam
no Chriſti 214. in ſinu matris iuſſit occ
omnes etiam qui Getæ ſtuduerant int
mit, teſte Dione, ipſe vero Antoninus
no Chriſti 219. à ſuis pugione confoſſus
cidebat,

2. S. Hieronymus epiſt. ad Lætam de inſ
Epiſt 7. tione filiæ Paulæ quam Paula auia virgini
deſtinarat. ipſe habitus, ait, & veſtitus do
at eam cui promiſſa ſit. Caue ne aures
perfores, ne ceruſſa & purpuriſſo conſe
Chriſto ora depingas, nec collum auro
margaritis premas, nec caput gemmis o
res, nec capillum irrufes, & ei aliquid de
hennæ ignibus auſpiceris, habeat alias m
Matth.13. garitas quibus poſtea venditis emptura
pretioſiſſimum margaritum.

Pa

Prętextata nobiliſſima quondam fœmina, iubente viro Hymettio, qui patruus Euſtochij virginis fuit, habitum eius cultumque mutauit & neglectum crinem mundano more texuit (al. pexuit) ſibi vincere cupiens & virginis propoſitum & matris deſiderium, & ecce tibi eadem nocte cernit in ſomnis veniſſe ad ſe angelum terribili voce minitantem pœnas & hæc verba frangentem: tune auſa es viri imperium præferre Chriſto? tu caput Virginis Dei tuis ſacrilegis attrectare manibus? quæ iam nunc areſcent, vt ſentias excruciata quid feceris, & finito menſe quinto ad inferna duceris, ſin autem perſeueraueris in ſcelere, & marito ſimul orbaberis, & filijs. omnia per ordinem expleta ſunt, & ſeram miſeræ pœnitentiam velox ſignificauit interitus. Sic vlciſcitur CHRISTVS violatores templi ſui, ſic gemmas & pretioſiſſima ornamenta defendit. Et hoc retuli, non quod inſultare velim calamitatibus infelicium, ſed vt moneam cum quanto metu & cautione ſeruare debeas quod Deo ſpopondiſti. Heli ſacerdos offendit Deum ob vitia liberorum, &c. Hæc ſanctus Hieronymus.

Prætextata amita Euſtochij virginis eam à propoſito virginali abripere conabatur.

1.Reg.2.

Sacra refert hiſtoria, cum Heli ſacerdote ſummo & populi Iſraëlitici moderatore grauiter expoſtulaſſe DEVM, quod filios negligenter educaſſet, eoque res dilapſa eſt vt filij, in vltionem paternæ ſocordiæ,

3. P.Ioan.Bonifacius in inſtitut. Chriſtiani pueri.

1.Reg.3.4.

Heli cum male moratis liberis miſerabili fine perijt.

Domini Dei arcam, quam hoſtibus adue
quos dimicabant terrori eſſe voluerant,
dedecore perderent, ipſi in bello perire
confectus ſenio parens funeſtæ cladis nu
perculſus illiſa ad terram ceruice morere
quæ omnia Samuel honeſtiſſimè educatus
uelante Deo, futura prædixit.

4.
3. Reg. 12.

Quàm infeliciter cum Roboamo Salo
nis filio ſit actum, quem in delicijs ac volu
tibus vna cum laſciuorum adoleſcentu
terua educatum fuiſſe ſcimus, florentiſſ
regni declarat imminutio, qua factum eſt
qui duodecim tribubus imperare potu
modo ſenum vtiliſſimũ conſilium non
uiſſet, quo ſalutariter monebatur vt cum
pulo ac ſeditiones mouente turba mitius
ret vix etiam Iudæ prolem fidelem ſtabi
que ſentiret, ex quo temeritati iuuenum
bus cum nutritus fuerat in delitijs, locum
dit, qui nequaquam de ſeueritate ac pat
metu Roboamo remittendum eſſe cen
runt.

Difficile eſt illorum quos pueritiæ ſocios habuimus verbis ac factis non delectari.

5.
Boeth. de diſciplina ſchol. li. 2. ſimile habet.

Legimus de puero qui primum leuia q
dam delicta committebat, patre ad o
conniuente, deinde cum audacia indies e
punitate creſceret, adulter, latro, ſicariu
effectus eſt, quæ illum flagitia in carcere
in vincula detruſerunt. Ergo damnatus c
tis ad ſupplicium ducebatur. cumq; ſu
dio interiturus eſſet, antequam funis col
aſtringeret, patrem ad ſe vocari petiuit,

Nõ eſt diſſimile q̃de matre diſſolutè ni

qua

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quam pietatis officio in extremo vitæ pauca quędam cum ipſo eſſet locuturus, parenti iam admoto propius nares furibundo præſcidit morſu, ſimul incuſans grauem eius deſidiam à quo in infantia correctus non fuiſſet, cum primum aliena ſuffurari inciperet.

mis filium educante Pontanus ſcribit c. 9. de liberalitate.

6.

Venceſlaus Boëmiæ princeps, quem Ludmilla religioſa mulier educauit à puero, ſanctiſſimus euaſit atq; optimus. Boleſlaus autem iiſdem ortus parentibus, quod à Drahomira impia ſceleratiſſimaq; fœmina educatus eſſet, impius, immanis, crudelis & importunus extitit eoq; peruenit quoad progredi feri hominis amentia potuit. Nam Drahomiræ ſuæ altricis veſtigijs ingreſſus, quæ & Ludmillam ſocrum & multos Chriſti ſacerdotes occiderat, Venceſlaum fratrem interemit, humanaque & diuina iura violauit. Nutricis magiſtræq; Drahomiræ nefaria inſtitutio impunita non fuit. Cum enim per eum locum vbi ſacerdotum corpora inſepulta iacebant curru vecta tranſiret, ſubito terra diſcedens Drahomiram ex numero viuorum exturbauit currumq; & vectores reliquos depreſſit atq; demerſit, vno incolumi auriga, qui tintinnabuli ſigno admonitus ad aram non longe poſitam (fremente Drahomira, rhedarijque religionem & pietatem execrante) ex equo deſiliens Chriſti ſacroſanctum corpus veneraturus accurrerat, quod ſacerdos rem diuinam celebrans offerebat. Nec ſacrilegi & parrici-

Quantus vires habeat educatio ad ingenerandos mores.

in SS. martyrum numerum relatus.

vide in loco de homicidis exemp. 17.

D. Ioannes Dubrauius Olomucenſis epiſ. li. 4. & 5. hiſt Boëmicæ.

Venceslaus in templo eſt trucidatus, in quo oraturus in-

ctauerat media noctis parte decurſa, quæ ipſi erat ſolemne.

dæ Boleſlai dementia non eſt punita & vindi-
cata diuinitus. Nam templi paries, quem Ven-
ceſlai cruore frater inſanus & præceps amen-
tia reſperſerat detergi abluiq; non potuit, v
nefariæ cædis teſtis eſſet æternus.

IMPII IN PARENTES AC PRÆ-ceptores puniuntur.

Act. 1.

IVDAS proditor ac traditor ſui magi-
Christi tanto crimine in deſperationem
ctus abiens laqueo ſe ſuſpendit, ſicq; ſuſpe-

q. 94, ſuper nouũ teſt.

ſus crepuit medius & diffuſa ſunt omnia viſ-
ra eius. S. Aug. de miſerando interitu Iudæ
gens eum non ſtatim ac retulit 30. dena-

Occum. in cap. 1. act. Euth. in c. 26. Matt. Cedr. in comp.

ſibi manus intuliſſe, ſed poſt mortem ſal-
toris teſtatur. Græci ex Papia, vt aiunt, hu-
modi narrant hiſtoriam: Iudas ſuſpenſus
iectus eſt priuſquam ſuffocaretur. hoc au-
planius ſcripſit Papias Ioannis Apoſtoli diſ-
pulus; dicens: ad magnum impietatis exem-
plum in hoc mundo permanſit Iudas; in-
tum enim corpore inflatus vt progredi
poſſet, cum currus leui curſu pertranſ-
curru compreſſus eſt, ita vt effunderen-
eius inteſtina, imo nec ſolus capitis tumor
quidem & palpebras oculorum eius ad-
tumuiſſe ferunt, vt lumen omnino vide-
non poſſet, oculi vero eius neque medici
ſtrumenti adminiculo aperiri poſſent, t
ta profunditate ab exteriori aſpectu e
ſeparati: porro ſanies ac vermes contum-

ſeco

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN